

Alit ista quas Oreas
Vicinitasq; tota.

O da, legens, amice,
Versus Anacreontis
Senis hosce more scriptos,
Laudem piis puellis
Encomiumq; jure
Dignæ quibus videntur,
Videntur ac habentur.

Nevi, vir ample, ne vi
Tractes tuam Marillam
Illam, brevi futuram
Tecti tui juvamen,
Lecti tui levamen.

Pietas finit nec istud,
Studium nec ut Themistæ
Concedit, optimarum
Indago neve rerum,
In quib; vigil fuisti
Teneris ab omnis annis,
Beaberis secutus

Ferventer hæc monentem.
Felicitate multâ
Multâ beatitate.

Nevi, vir ample, ne vi
Tractes tuam Marillam
Illam brevi futuram
Fidam tibi maritam
Gratamq; Margaritam.

Hoc optat ipsa mater,
Pater optat hoc & ipse,
Quos ambo cura natæ
Tenet unicæ fidelis,
Velis volunt quod ambo.

Conviva nuptialis
Ardenter & frequenter
Idem precatur omnis,
Precor quod his, medendi
Podalirius peritus
Grubnerus ille nostros
Fines per hosce primas
Mecum tenet. Sat esto!

Nicht mit gewalt/
Denns kein gestalt/
Vnd kein geschick thut haben/
Ehruvster Herr/
Der Rechten sehr
Vnd Künst erfahrn/ so gaben
Gottes allein
Sind in gemein/
Mit ewr Liebsten thut fahren
In ihren zarten Jahren:
Freundlich thut sie anblicken/
Das wird sich besser schicken.

2 ij

Gewiß